nimis emendacionis severitate defi-
ciunt, quia sicut ex defectu cor-
rectionis nequam fiunt, sicut eciam
a severitate abstinentes et desperant
dum omnia timent nichil conantur. Quo-
dcirca igitur erudiendi sunt. Nam
teste Ovidio de arte amandi In
puero est etas mollis et apta re-
gi Ingenium celeste suis velocius
annis surgit. Et idem Ovidius in epistolis
Teneros ledunt iuga prima iuven-
cos frenaque vix patitur de grege
captus equus. Sic male vixque sub-
it primos mores rude pectus. Ca-
de difficili doctrina suscipiunt homines
rudes et annosi. Ideo congruit
in etate tenera doceri. Unde Oracius
in epistolis Quo semel est imbuta re-
cens servabit odorem Testa diu. Tem-
tari mollius etas in vetillis solis (?)
Quibus verbis apte concluditur
etatem iuvenilem disciplinis ap-
tissimam fore. Sed proch dolor tes-
te Seneca libro primo declamacio-
nibus Torpent ingenia desidiose
iuventutis nec labore rei singulari
cantandi saltandi obstant studia
effeminatos tenent. Capillum fran-
gere et ad muliebres blandicias vo-
ces extenuare mollicie corporis cum
feminis certare et inmundissimis re-
bus se extollere nostrorum adoles-
centium mos est molles enervos ex-
nati (?) in vicio manent expugna-
tores sunt aliene pudicicie neglige-
tes que sue. Huiusmodi sunt eciam
huius temporis iuvenes fecerunt talibus
qui sordidantur in quibus nullus est

pudor sed inverecunde turpitudines
suas faciunt. Verum teste Seneca
ad Lucillum epistola ii Verecundia
inquit bonum in adolescente signum
est. Sed unde tanta dissolucio iuve-
num prodit? Parentum namque atque rec-
torum suorum exempla turpia
impios efficiunt illos. Porro enim
difficile est iuvenem immodestum
et inpium esse si cum bonis et hones-
tis nutriatur viris. Unde Tullius
libro 2o de officiis Prima inquit
adolescentis commendacio proficiscitur
a modestia et disciplina parentum
suorum et de facili in bonum flecti-
tur si cum honestis et bonis assiduus fuit.
Verum quia ipsi adolescentes bonos vi-
ros, ut communiter fugiunt quia redar-
gui recusant, sed eos qui regere
se liberius (?) a viris ipsos deviare
tenere dum tum modus in omnibus tenea-
tur. Unde Virgilius in Georgicis libro 3o
hortare namque insiste domandi no
cessis dum faciles animi iuvenum dum
mollis etas, tunc enim magis sunt
dociles quam sunt tenerioris etatis. Sed
libido et lascivia ipsos infestat
et quam debent deo exhibere iuve-
tutem veneri in suam perdicionem
offerunt. Unde Ovidius 7o de fas-
tis Cum iuvenilibus annis luxu-
riant. Et idem Ovidius libro primo
sine titulo militat omnis amans
et habet sua castra cupido. Que bel-
lo est habilis veneri quoque conveniens.
Et Claudianus in maiori. Teneris
est lubrica moribus etas. Ortina

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0276
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg